



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XXX. Crucem baiulat. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Io. 19.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

XXX.

Crucem baiulat. Matth. 27. Mar. 15.
Luc. 23. 10. 19.

1. *U*sciperunt autem IESUM, Iudæi, animo præ malitia insolenti; milites Gentiles, ut pergant exequi quæ cœperunt, & eduxerunt eum ut crucifigerent: & baiulans sibi crucem exiit. Vide quo animo præit nobis, in eo quod prius docuerat; quo tamen dolore corporis propter infirmos humeros tenerosque, effuso sanguine, itinerum fatigatione, vigiliis debilitatos: perpende non tam crucem quam peccata grauare, & fac onus leuius, quantum potes, tua, aliorumque plangendo, impediendo, &c. sequere præeuntem, & aduerte cum Augustino, "grande spectaculum; sed August. hic si spectet impietas, grande ludibrium; si spectet pietas, grande mysterium) Ducebantur autem & duo nequam cum eo ut crucifigerentur.

2. Et cum ducerent eum (fatiscientem) apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem de villa, Patrem
Ale-

190 MYSTERIA PASSIONIS

- Alexandri & Rufi, & imposuerunt illi crucem portare post eum. "Vt omnibus notum fieret (inquit Athanasius) quod non sua ipsius, sed hominum causa moreretur," vt prius ipse crucis suae trophæum erigeret, deinde Martyribus traderet) inquit Ambrosius; "vt per hanc translationem (ait Leo) à filiis carnalibus ad filios spirituales omnium sacramentorum plenitudo transfiret.) Tantum ne inuiti, ne in angaria portemus, ne villæ maiorē curam habeamus quàm crucis; " crucem Christi in angariā portare est afflictionem abstinentiæ pro alia quàm par est intentione tolerare.
3. Sequebatur autem illum multa turba populi, sed non vna eademque mente sequebatur) & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum; conuersus autem ad illas IESVS (non ad turbam) dixit, filia Hierusalem nolite flere super me. Volens enim pati) sed super vos ipsas flere, & super filios vestros. "Ordinem diligenter attende) remetipsum inde Resurr. spice, vt alteri noueris compati, &c. Leo ser. 10. quoniam ecce venient dies, &c. " Nolite de Pass. c. 3. flere pro mundi redemptione morientem,

tem, quem in maiestate Patris videbitis iudicantem) *quia si in viridi ligno hac faciunt, in arido quid fiet; nolite denique super me solo flere ex compassione, sed super vos ex necessitate, &c.*

XXXI.

Crucifigitur. Ibid.

I. *ET venerunt in locum qui dicitur Caluaria locus, Et fatigato, sitienti, exhausto, collocatoque super duro aliquo lapide, dabant ei bibere myrrhatum vinum cum felle mixtum, & cum gustasset noluit bibere. gustavit, ut quidam observant, quia felle mixtum, noluit bibere, quia quamlibet oblatam consolationem admittere recusavit; Tam nudatum summa ignominia & dolore omnibus vestibus, relicta ei corona spinica, retenderunt in terra ut aptarent cruci, & clavis trabalibus crucifixerunt, & latrones unum à dextris, alterum à sinistris, medium autem Iesum. Nova hostia Leo ser. 8. nouo imponitur altari, ut crux Christi de Pass. c. 3. non Templi esset ara sed mundi.) Coram hoc altari atque in hac arâ, immolauit se ipsum*